

HENNINGI ARNISÆI
HALBERSTADIENSIS.

DE

REPUBLICA, SEV RELECTIONIS POLITICÆ LIBRI DUO.

Quorum Primus agit

DE CIVITATE ET FAMILIIS, SECUNDUS
DE RERUM PUBL. NATURA ET
DIFFERENTIIS.

REVOCANTUR HIC NON TANTUM OMNIUM
NEOTERICORUM SCRIPTA AD ORDINEM ET PRINCIPIA ARISTOTE-
LIS ac Platonis; sed & hodiernæ Republicæ conferuntur cum præteritis & quicquid vel à Græcis La-
tiniq; primùm traditum, vel à posteriori ætate additum observatumq; fuit, ad unicam vete-
tatis lumen examinatur. Benevoli q; Lectoris judicio iterum
examinandum offertur.

EDITIO NOVA, CORRECTIOR, ET TRIPLEX INDICE

Autorum, Capitum, ac Rerum Verborumq; memorabilium locu-
pletissimo audit.



ARGENTORATI,
Sumptibus Heredum LAZARI ZETZNERI.

Anno M DC XXXVI.



SERENISSIMO ET ILLVSTRIS-
SIMO PRINCIPI AC DOMINO,

Dn.

FRIDERICO VL RICO,
DUCI BRUNSWICENSUM
ET LUNÆBURGENSIUM:

Domino suo Clementissimo.



UI animum ad studium aliquod adjungunt, aut foren-
sis industria, aut Medicinæ, aut ad Philosophos, Au-
gustissime Princeps, Domine Clementissime, nec unā
omnes semitā, nec pari gradu incedere solent.

Quot sunt capitum, totidem studiorum

Millia.

Berat.

Quosdam cupido lucri tam properè ad portum rapit,
ut instar Canis è Nilo pitissantis prætervolitent, quicquid recta ad eum,
quod tendunt finem, non ducit: Imò nefas censem esse, si pictor unus am-
plius quam cucurbitas pingat, nì sutor ultra crepidam sapiat, & bonus
Medicus amet simul esse scitus Poëta, aut acutus Mathematicus, ideoq;
in eos detortum habent illud Romani Poëtæ:

Quod Medicorum est,

Promittant Medici, trahent fabrilia fabri.


Berat.

Alii amore sciendi, & quod omnibus innatum dicit Philosophus, discen-
di plura desiderio eò usque depereunt, ut artem, quam sibi fixerunt Co-
lophoniam, non attingant, nisi omnibus, ante pererratis, quæ vel in su-
premo orbium convexo, *Vlra Solis Lunæq; vias*, vel infra Tartara, vel in me-
diastino, quod utraque disjungit, recondidit mirabilis natura, aut quæ
his solers hominum adjecit industria, non sine labore longoque die exco-
gitata, utque uno verbo dicam, quæcunque Deus in hoc mundi theatro
contemplanda agendave proposuit.

*Arijs. ro.
Metaph.
lus. i.*

Quod si quis eos, qui ingenii vires universas intra cancelllos unius
artis coēcent, rectius rebus suis consulere contendat, tantum abest, ut
ab hoc dissentiam, ut non tantum id ultrò confitear, sed & eò diligentius

(a) 2 quod-



RELECTIONIS POLITICÆ LIBER PRIMUS.

De CIVITATE ET FAMILIA.

RATIO ORDINIS.

Quod & quare in Politicis à civitate
& familiâ auspicandum sit.

1. Subiectum cuiusq; discipline aut praeconcedendum , aut primo loco explicandum.
2. Disciplinarum naturam non aſtimari ex intentione diſcentis.
3. Quare Logicus à Categorij, Medicus à corpore humano, Politicus à civitate etiam facere debeat.
4. Civitatem esse subiectum Politices.
5. Rempubl. eſſe ſuam ejusdem.
6. Kekermannis error, confundentis civitatem Republ.
7. Quare ante civitatem ſit agendum de familiis ex ſententia Ariftot.
8. Familias & homines tantum reſpectuè conſiderare à Politeſco.
9. Error Giphanis & Kekermannis, confundentium Politicam familiarum conſiderationem cum Oeconomico.
10. Familias aliter in Politicu, aliter in Oeconomico conſiderari.
11. Error Kekermannii de impliſi diſtincta prudentia.
12. Virtus virtus publica differat à privata.
13. Nodus quidam Piccolomini ſollicitur, utrum idem ſit bonus. & ceterū bonus.
14. Cenſura in quandam Montecatini ſen- tenciam,

15. Oeconomicam non eſſe appendicem Politica contra Piccolom. & Casum.

16. Defenſio noſtra ſententia contra Hanoniū.

17. Concluſio Proemii.



Uanquam pluribus modis differant ſubiecta ſcien-
tiarum & artium, ut ex 24-
bar. Videre eſt, de trib. præcog.
c. 2. Mercat. quaſi proem. ope-
rū Med. ult. & ex ipſa rei evidētia patet,
cum ſcientia requirat ſubiectum, de quo de-
monſtrentur affectiones: ars vel disciplina
practica, in quod ſiniſ per instrumenta in-
ducatur, quomodo aurum ſehabet ad aurifabrum: tamen in eo, quod ex natura ſubje-
cti, quatenus talis, prodiſ, conueniunt, ut
ſcilicet vel preſupponantur ante discipli-
nam, 1. poſt. ſex. 73. 2 poſt. 1. 42 vel, ſi ignoren-
tur, ruditet, & quantum disciplinæ cognitio
exigit, declarentur, quemadmodum Ari-
ſtot. 1. Eth. c. 13. anima in rationis participem
levi brachio & ſexta explicat: Logicis
instrumentis rudem premitit Categorias
tractationem in pred. quārum genui-
num locum eſſe in Metaphysica, nemo ne-
gaverit, niſi qui cum juratis antiquitatis
noſtibus, contra maniſtati philosophi ſ.
Metaph. Eth. c. 6. mentem, contra eviden-
tissimas, ab universa vetustate, inde uſque à
tempore Architæ Tarentini, conſirmatas ra-
tiones, carum bonam partem in exilium
agere

I.
Subiectū pri-
mo loco pra-
eognoscen-
dum.

In Ethicis,

Legies.